

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hermann Schuckmann Theodor Steding

Disputatio Decimatertia De Poenitentia & Bonis Operibus

Rostochi[i]: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370428>

Druck Freier  Zugang



R. u. Kiel 1649

Schückmann, Hermann
Vat.: Stedingk, Theodor¹⁸

XIII





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738370428/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370428/phys_0002)



DISPUTATIO DECIMATERTIA

42.

DE
POENITENTIA
& BONIS OPERIBUS

Quam
AD JUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,

Cum suffragio Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ in incluta Universitate
Rostochiensi,

P R A E S I D E
V I R O

Admodum Reverendo, Clarissimo acq. Excellentissimo,

DN. HERMANNO SCHUCK-
MANNO, ss. Theol. Doctore & Professore
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore,
suo omni honoris cultu prosequendo,

Publicè in Auditorio Majori die 25. Aprilis
examinandam proponit

THEODORUS Stedinge/Oldendorpiō
Schaumburgicus.

•Φ(ο)Φ•



ROSTOCHI,

Typa NICOLAI KILLI, acad. Typogr. Anno 1649.

Conceptus mutare malos, confidere
Christo, (ta est)
Et fructus proferre bonos; sententia to-
Scripturæ sacræ; quam primâ fronte, laboris
Principium normamq; tui, THEODORE, pro-
bâsti.

[& nunc alterâ vice Respondenti tibi, gratul.
PRAESES.

Ad Litteratiss. Dn. RESPONDENTEM,
Amicum præcharum.

Nulla salus animæ, qua non resipicit, & agrâ
Mente, coquit delicta; satis nos lacinat hostis
Pravus in occulo latitans, vix dicere promptum est
Quæ sentina mali nos opprimat. Ergo Redemptor
Postendus, mentes revocans à tramite falso,
Instillans Operum quæ sit via strata Bonorum
Hæc sunt, quæ Doctis nunc expendenda frequenti
In cœtu satagis defendere: Roboret opto
Te JESU favor, & Flatus benedictio diter.

M. Joh. Corfinius Eccles.

Si liceat, quæram: Num pœnituisse satis sit
Justitiæ nostræ? si non, cur crimina tolli
Inquis? Sin satis est, nunquid nos facta beabunt?
Modestissimarum Virtutum Eximio Viro Juveni
D. N. STE DINGIO
Iterum iterumq; gratulor
M. Bernhard Gosman.

Que

Q uia labor puto nobis
Ne labor in cassum fiat ubiqꝫ tuus,
Pojce ergo pinum, quercum, simul arripe olivam.
Addas silanrum, vīctor abibis ovans.

Paucula hæc Pereximio Dn. S TEDINGIO,
Amico ac Fautorī suo plurimum honorando
apponere voluit

Guilielmus Johannes Teuringf. Cūrl.

L Audo conatum, qui nil nisi Sacra recondit;
(Laude labor dignus!) promoq; vota pia:
Scilicet ex faustō procedant omne cœpta
Sitq; tibi Dux, Lux, pagina Sacra DEI!

Quod

Φιλίας ἔγενα ὀλοκαρδίως νοετ
Commensalis γνήσιος Tuus

Nicolaus Georgij Herrenburg:
Mecklenburg:



DE POENITENTIA & BONIS OPERIBUS.

S.I.

Via ad Justificationem *Poenitentia* est (hâc R E S P. non præcedente illa sit figmentum) Utriusq; conse- THEO- quens est *Renovatio & studium bonorum operum*. Con- DORO currunt alias in negotio reparationis & salutis hu- Steding/ manæ, *Poenitentia, Conversio, Justificatio, Regene Oldend.* ratio, *Renovatio*, quæ ordine se invicem excipiunt Schaum- & formaliter differunt. *Poenitens* enim mutat conceptum mentis, im- burg. probando malum commissum & amplectendo bonum promissum.. Hoc modo mutatus, convertitur à peccato ad Deum. *Conversus*, eodem momento, quatenus rigoroso Dei iudicio Christum fide sistit, ab solvitur (*justificatur*) *Justificatus* hoc ipso, *regeneratur* ex Deo & in filium adoptatur : Idemq; accepto per *Justificationem & Regenerationem* Spiritu spontaneo, novas conferente vires, *renovatur* ad opera bona in Christo. *Appellationes* *POENITENTIAE* præcipuae sunt in V. T. **תְּנוּמָה** (cui respondet μεταμέλεωσις) & **נִזְבֵּח** (ἱππερφέν). Illud di- cit mutationem animi detestantis conversationem priorem, & illius nomine, ad abnegandum eam, solliciti. *Jer. 8. v. 6. c. 31. v. 19. Job. 42. v. 6.* Cujus effectus est **נִזְבֵּח אֶל הָרִים**, quod si, cum Deus reconcilia- tus per Christum, pro actu justitiae vindicatrixis, exercet actum miseri- cordiae, ex ardentissimo affectu provenientem *Jer. 18. v. 8. &c.* quem- consequitur in applicatione ad nos **נִחְמָדו נִחְמָדו** *Jer. 40. v. 1.* i.e. con- solatio divina, quâ moeror super peccato conceptus, in gaudium con- vertitur. *Hoc* (nempè **נִזְבֵּח**, converti) generaliter comprehendit- tum ipsum terminum, videlicet redditum mentis ad Deum, tum viam rede- undi, contritionem & fidem. *Ezech. 18. v. 27. &c.* In N. T. frequens vox est μετάνοειν, unde μετάνοος, resipiscientia, ubi nempè peccator aliam mentem, priori relictâ, induit, & sic cum ante despiebat (stolidè enim secum agit, quicunq; peccat) sapere posthac incipit. Ita vox μετάνοος vel dicit terminum à Deo intentum, conversionem mentis; & sic tri- stitia secundum Deum operatur poenitentiam, *2. Cor. 7. v. 10.* vel actus in- termédios ad eam ducentes simul includit, & sumitum ὄλικῶς,

N

pro

pro omni eo quod poenitentia rationem habet; v.g. *Luc. 24, 47. Att. 17, 30.* vel μετανοή, prout contritio (cui certæ actiones passionesq; insunt) fidei contradistinguitur *Marc. 1. v. 15.*

S.2. Principium & fundamentum poenitentia (omnisq; ad eadē actionis Dei salutiferæ) *Vocatio* est. Hæc in genere pro termino habet regnum Christi & Dei, complectiturq; omne id, quod Deus per Christum & Spiritum ejus in homine operari constituit, & sic infert totam communionem seu participationem bonorum, Christi merito partorum, fide applicandorum, vitâ ornandorum. Ad hoc enim vocamur à Deo, vocatione sanctâ secundum propositum ejus, a. *Tim. 1. v. 9. Eph. 4. v. 1. 6c.* Objectum illius est omnis homo per peccatum à Deo aversus, ex eodem regenerandus & illuminandus. Estq; itâ universalis vocatio à parte Dei, vocantis omnes seriò & sufficienter per verbum & sacramenta, tanquam media ex intentione & virtute ipsius æqualiter ad omnium salutem & conversionem efficacia (vid. *Diss. 7.*) Quod autem non omnes assequuntur terminum vocationis, eademq; ad sui regenerationem uituntur, fruuntur; culpa est penes non obtemperantes voci vocantis. In specie respicit vocatio viam & introductionem ad regnum vel κοινωνίαν Christi, quæ sit per *resipiscientiam*, ad quam Deus hominem vocat I. principaliter per verbum (non exclusis sacramentis.) Sic initium prædicationis Baptista, Christi, Apostolorum est exhortatio ad resipiscendum *Matth. 3. v. 2. Marc. 1. v. 15. Luc. 24, 47. Att. 17, 30.* Huc refer conciones tum Molis (*maximè in Deuteronomio*) tum Prophetarum omnium (2. *Reg. 17. v. 13.*) itemq; Psalms poenitentiales, nec non exempla resipiscientium ad imitationem nobis proposita. Ethic notes, omnem vocem Dei in sacris, quâ ad poenitentiam & conversionem vocamur, quæq; dat normam habendis & hodiè econcionibus poenitentialibus; esse non tam præceptum legale, quam invitationem Evangelicam (vid. *Diss. 6. §. 9.*) II. Subordinatè per crucem, tribulationes & calamitates: *Jer. 38, 18, 19. adde Deut. 30. v. 1. 6. 4. v. 27. seqq.* Siquidem & hîc intentio & propositum Dei est, ut castigata carne reducatur & servetur Spiritus.

S.3. Ex dictis deducuntur I. AUTOR vel causa principialis, verus nempè Deus, cui soli peccamus *Ps. 51, 6.* Hujus virtutem & gratiam in opere poenitentia, seu quod idem est, conversionis animarum nostrarum, merito veneramur, tum ut prævenientem, & quidem quærendo, invitando, movendo, avocando, *Ps. 119, 176.* tum ut operantem, suadendo, cor aperiendo, convincendo, disciplinâ erudiendo (Hinc κάρες

224

תְּשִׁבְתָּה Tit. 2. v. 11, 12.) tum deniq; ut perficientem, reducendo & con-
firmando; exclusis viribus nostris: expende hic inter alia Ezech. 11. v. 19.
Tbren. 5, 21. Att. 5, 31. ubi inter dona Dei pœnitentia numeratur. Sed
hæc ex professo demonstrata vide Diff. 6. De conversione gratiâ §. 7, 9.
Unde & constat de medio vel causâ organicâ, nimirum verbo veritatis.
Est enim תורה יְהוָה מִשְׁרַבְתָּה Lex Domini reducens animam,
Psal. 19 v. 8, 9. eidemq; (cujus summam complectitur concio Petri) vis
compungendi tribuitur Att. 2. v. 37. conf. Hebr. 4. v. 12. Quid hic debea-
tur Legi, quid Evangelio, infrâ ostendemus. Verbo adjungi mus Sacra-
menta. Sic in Coenâ S. dignitas cibi, quæ estimatur ex verbis institutio-
nis, virtutem habet ducendi hominem ad probationem sui ipsius, 1. Cor.
11. In primis v. Baptismi hæc ratio est, ut pœnitentiam, sine quâ nulla est
peccatorum remissio, ipse & subinferat, & operetur, & ejusdem per o-
mnem vitam continuandæ perpetuum sit argumentum, Rom. 6. Hinc
appellatur βάπτισμα μετανοίας εἰς ἡρών αὐτοπτῶν Maro. 1. v. 4. Att.
13. v. 24. c. 19. v. 4.

S. 4. II. SUBJECTUM, homo, isq; 1. Totus: prout peccati sub-
jectum totus est. Principaliter vero perficitur pœnitentia in animâ &
corde peccatoris, ceu fonte malorum, Matth. 15. v. 18, 19. Hinc Phrasē
לְבָנֶשֶׁבֶר וּנְרֵבֶר cor contractum & contusum, item scindere, cir-
cumcidere cor &c. Joel. 2. v. 13. Deut. 10, 16. &c. Requirit porro Deus pœ-
nitentiam בְּכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־גֻּפָּךָ (in toto corde & in totâ animâ) i. e.
1. internam, quæ intimum, quod in homine est, afficiat, nec in externis
gestibus consistat, vid. Matth. 6. v. 16. &c. adeoq; 2. seriam, non hypocri-
ticam, 3. plenam, quâ integrum cor mutetur, Deoq; per humiliationem
subjiciatur, nullâ ejus parte mundo reservatâ. Talis cum fuerit, non
possunt non consequi afflictiones, quibus & corpus conteratur. Pro
exemplo est David Psal. 6 v. 7, 8. 2. Omnis, cujuscunq; ætatis & conditio-
nis. Vult n. Deus omnes justificari & salvari, adeoq; in omnibus præ-
quirit pœnitentiam & conversionem. De adultis res manifesta est; ex
Att. 17, v. 30. Q. hic de infantibus. R. 1. Consequuntur & hi remissionem
peccatorū, præ viâ pœnitentia ratione certâ, non quidem per externam
prædicationem, sed per Baptismum ordinariè, vid. Diff. 10. S. ult. deside
infantum (quæ agnitionem peccati præsupponit) tametsi 2. evidentes
doloris ac compunctionis actus, qui adulorum sunt, in infantes non
cadunt. Sed nos h. l. duce Scripturâ pœnitentiam consideramus, prout
hæc adultis à Deo annunciat, sive illi irregeniti fuerint, sive post con-
versionem & regenerationem in peccata prolapſi. N 2 S. 5.

S.5. Controvertitur h̄ic de subjecto, & Q. an lapsis post Baptismum
præclusa sit spes venie, & sic non patet aditus ad salutarem pœnitentiam?
Als. I. Poteſt homo baptizatus & conversus peccare mortaliter, h. e. ita
labi, ut gratiam Dei amittat, vid. Disp. 7. §. 12. II. Lapso non præcluditur
spes venie, nec denegatur regreſſus ad foedus gratiæ divinæ in Christo,
ſed locus fit pœnitentia, quā redeundum ad idem. Probatur i. à volun-
tate Dei beneficā. Ezech. 18. v. 31, 32. c. 33. v. 11. ubi nota, Subjectum h̄ic
eſſe עַשְׂרֵה impium, ſeu mortuum (ſpiritualiter) de domo Iſrael, h. e.
eum, qui excidit foedere Dei, relapsus in peccata (conf. totus contextus
& Disp. 7. §. 7.) adde 2. Pet. 3. v. 9. ubi Deus expreſſe dicitur velle rēſipisci-
tiam omnium, &c. Huc refer argumentum à comparatis. Homo enim
(cui ad imitationem proponitur misericordia Dei, Luc. 6. v. 36.) fratri,
quotiescumq; ille peccaverit, remittere tenetur Luc. 17. 4. Matth. 18. 21, 22.
Jam v. infinita in Deo charitas eſt, à perpetua vel æternâ virtute meriti
Christi, Ebr. 9. v. 12. c. 7. v. 24, 25. ſeqq. vi hujus ſemper pater peccatori
accessus ad Deum. Quin contumeliosa eſt in immenſum mortis Christi
valorem, diſſidentia hominum, qui ſibi lapsis, & ob id dolentibus, Dei q;
gratiā anhelantibus, ſpem venie reliquam eſſe negant. 3. ab invi-
tationibus Evangelicis, paternis, ſeriis, d. l. Ezech. 18. & 33. ubi expend.
vox iſta, רֹאשָׁה תִּמְוֹתָה בֵּית יִשְׂרָאֵל, adde Joel. 2. v. 13. Matth. 11. 28. &
alia quām plurima. 4. ab exemplis lapsorum, pœnitentium, & in gra-
tiā receptorum, v. g. Davidis, 2. Sam. 12. Petri Matth. 26. & aliorum, Obi-
ciuntur loca Ebr. 6. v. 4, 5. 6. c. 10. v. 26, 27, 28. R. Agunt h̄ec, non ſim-
pliciter de peccantibus post ſuceptum Baptismum, ſed de illis, qui in-
peccatis exiſtentis, progredientes & perfeverantes, Christi meritum pro-
ludibrio habent, idq; ut hostiam pro ſe agnoscere & estimare destina-
tā voluntate renunnt. Hi, quatenus tales ſunt, à gratiā ſe ipſos excludunt,
ſibi q; aditum ad pœnitentiam identidem intercludunt. Unde & acciden-
te, ipſamq; inexpugnabilem contumaciam vindicante indurazione ju-
diciariā, in reprobo ſenuſu relinquuntur. vid. Disp. 5. §. 5. & 6. §. 7. in fin.
Quæreris hic de caſu conſientiæ, unde quis in ſummiſ angoribus cordis ſci-
re poſſit, ſe non induratum? R. Si ſerio dolet ob peccata & liberari ab
iis cupit, ſciat ad ſe quoq; pertinere invitationes ac promiſſiones Evan-
gelicas universales, ſibi q; non deefſe gratiam, ut ut eam non ſentiat. Sed
h̄ic ad evitandum animæ periculum, maturè tenendum ſalutare reme-
diū, quod ſcript. ponit Pſal. 95. Ebr. 4. v. 7 &c. HODIE ſi vocem ejus au-
diueritū (& ſic quolibet temporis articulo, quo obtingit nobis h̄ec gra-
tia)

tia) non obdurare corda vestra. Item קַבֵּל Cave (i. e. patere te in terminis servari) ne negligas Dominum & verba ejus; in Deuteronomio & alibi paſsim. Neq; vero (qua III. Assertio est) novum foedus per poenitentiam constituitur, sed homo per hanc, ad idem illud, quod semel pactum est in Baptismo, quodq; à parte Dei semper immutabile manet (vid. disp. 10. de Baptismo §. 10.) credit, usq; adeò ut si hypocrita baptismum verum, quamlibet non salutariter suscepit, post ab hypocrisi ad αληθίαν conversus, eodem foedere & fructu ejusdem gaudeat, cum omnibus baptizatis fidelibus.

§. 6. III FORMA, quæ consistit in mutatione mentis à peccato ad non peccandum, ab incredulitate per actuales lapsus post Baptismum, contractâ, quâ homo in pristinum irâ statum relabitur, ad apprehendendum fide vivâ Christum. Hanc mutationem absolvunt Contritio, Fides, & sine quo hæc mortua est, Bonum propositum, vel obedientia nova. De his in genere Quæſtio est, quidnam hic Legi quid Evangelio tanquam principiis debeatur? Ans. I. Ad poenitentiam salutarem & sic ad contritionem simul & fidem invitat non tam Legis quâm Evangelii concio Matt. 3. Marc. 1. Luc. 24. vid. S. 2. 2. Contritio spectatur vel secundum se & in naturâ suâ, vel in respectu totius salutaris conversionis. Priori modo, quæ contritionis sunt, scilicet nempè peccati & irâ divinæ, item metus, dolor, & anxietas conscientiæ, Legis propriæ: Fides vero, quâ territa mens erigitur, Evangelii opus sunt (utriusq; voce strictè acceptâ, quatenus illa terrorem, hoc gaudium affert, vid. Disp. 8. §. 10.) Posteriori modo vocatur contritio, λύπη ηγετὸς θεοῦ, ἡ κατεργάζουμένη μετάνοια εἰς σωτηρίαν ἀμεταμελητοῦ, 2. Cor. 7. v. 10. Quomodo conjuncta secum habet desiderium redemptionis à peccato, & studium emendandi vitam, nec non spem remissionis peccatorum, quâ temperatur doloris fervor, ne succumbat desperetq; in eo poenitens anima; & sic pertinet etiam ad Evangelium, quatenus hoc totam de Christo doctrinam dicit, dicit̄ Disp. 8. §. 4. 10. Unde 3, quanquani contritio & fides inter se ut opposita differunt, ad constituendam tamen salutarem poenitentiam itâ sibi invicem, una cum novâ obedientiâ, innexa sunt, ut separationem non admittant. Et hinc 4. Christus à corde contrito, fide susceptus, ad continuam deinde poenitentiam ac renovationem, in quâ omnis Christianorum vita occupari debet, movere cor non desinit per Spiritum suum.

§. 7. CONTRITIONEM faciunt 1. Consideratio summae tum maiestatis, potestatis, sanctitatis, tum gratiæ & benignitatis divinæ, affluentis multifariam & animam & corpus, 2. sam. 12. v. 7. & seqq. Ps. 51. Ps. 130.

2. agnitione, & peccati offendit tantum Numen, & irae poenarumq; temporaliū ac æternarum, vel minimo quoq; delicto debitarum; quæ ipsa ex Lege est, consentiente dictamine & mortali conscientiæ, Rom. 3. 20. c. 7. (1. Cor. 15. 56.) Ps. 6. v. 2. Gc. Ps. 32. Ps. 51. v. 5, 6, 7. &c. 3. Cordis compunctione, orta ex præcedd. Att. 2. v. 37. Et hæc in feri 1. amaritudinem, dolorem & tristitiam animæ, quæ concipitur non modò ob maledictionem contraria, sed in primis ob amissam tam benevoli patris gratiam Ps. 6. v. 3. Et hinc existit fletus amarus Luc. 7. 38. c. 22. v. 62. 2. exsecrationem peccati Ps. 38. v. 6. item tædium super conversatione priori & odium adversus illum. Quod (prout est principium novæ obedientiæ) non tam ex terroris mentis, quatenus tali, quam ex fide, quæ simul hæc, vi verbis promissionis se insinuat, proficiscitor. 3. humiliationem animi, abijcentis se coram Deo, & indignum æstimantis omni gratiâ Luc. 19. 21. c. 6. 18. v. 13. &c. Ita prostratam mentem erigit vicissim FIDES, concepta ex promissionibus Evangelicis, gignentibus beatam sitim (desiderium) iustitiae Matt. 5. v. 3, 4, 6. Et his innixa, apprehendit gratiosum in Christo Deum, & sic remissionem peccatorum in nomine Christi anhelat, petit & impetrat Ps. al. 130. eum primitu v. 7. ubi cum רְבָנָה בְּרָכָה copiosa redemptio, (Est enim in Christo αἰωνία λύτρωσις Ebr. 9. 12.) De hæc Fide tenenda seqq. 1. non est fides, nisi contriti cordis, h. e. seriò dolentis ob peccata. 2. efficax eadem est per charitatem vel novam obedientiam, & sine hæc mortua, sed 3. forma ejusdem consistit in apprehensione fiduciali meriti Christi, cuius intuitu proprius fit peccatori Deus, vid. Disp. præced. 12. §. II. 12.

§. 8. Ex Contritione & fiduciâ cordis oritur Confessio oris, quæ editur de peccatis, quodq; eisdem oppositum est, propitiatorio Christo. 1. Job. 1. 9. Ps. 32. fitq; tum coram Deo, quomodo communis est sanctis omnibus, quovis loco & tempore, tum exigente peculiari necessitate, ad dandam Deo gloriam, eoram Ecclesiæ: estq; vel publica, quâ totus coetus præente voce ministri, reatum communi peccato contractum, apud Deum, per & propter Christum deprecatur, vel privata, quam quisq; edit coram ordinario verbi ministro. His respondet Absolutio, eaq; iterum tum communis & publica, quæ fit toties, quotiescumq; annunciatur remissio peccatorum penitentibus, in Evangelij prædicatione; tum privata, quam singulariter cuilibet resipiscenti, loco Dei, impetrat minister.

§. 9. Controvertitur de formâ penitentia & Q. I. an penitentia sit exterior pena, vel nummæ propriæ sit mentis, voluntatis, affectuumq; muriatio interior? N. prius. A. posterius. Argumenta petantur ex præcedd. in primis

mis ex Joel. 2. & Ps. 51. ubi in illo, scissio cordis scissioni vestium; in hoc, cor contritum & contribulatum sacrificiiis Leviticis in se spectatis opponitur, adde Jes. 58, 5. Obiicitur. Resipiscientiam describi cum cilicio & cinere v.g. in Jona R. Sunt haec signa poenitentiae (quibus homo suam miseriam, indignitatem & vilitatem respectu Dei, adeoque; cor vere afflictum & humiliatum contestatur) non sunt ipsa ejusdem forma. II. Q. an remissa propter Christum culpam operam aeternam, adhuc pro avertendis temporalibus, satisfaciendum sit operibus nostris, veluti precibus jejunio, eleemosynis? &c. N. Ratio 1. quia aliam satisfactionem, quam quae per Christum facta est, scriptura non docet. 2. reconciliatio homine, reservat sibi Deus poenas temporarias, ad humiliandam magis carnem & exercendam patientiam; pro exemplo est David, 2. Sam. 12. & seqq.

S. 10. De Confessione oris Q. I. an partem constitutam poenitentiam? R. confessio coram Ecclesiâ vel ministro verbi serua, contritionis & fidei adeoque; & confessionis coram Deo testimonium, & sic verae poenitentiae non pars, sed demonstratio est. II. an hac una cum privata abolutione retinenda? A. ob potestatem quam habet minister non tantum generaliter omnibus, sed & singulis poenitentibus remittendi peccata Job. 20, 23. III. an requiratur omnium delictorum enumeratio? N. cum sit & impossibilis illa Ps. 19.

S. 11. IV. Finis & effectus poenitentiae est Remissio peccatorum & ex hac proveniens obedientia nova, quam operatur Sp. Christi. I. De Remissione peccatorum (cum quae cohæret salus & vita æterna) Q. quomodo hac tribuenda sit poenitentia? R. non tanquam operi nostro, sed respectu fidei, in Christo redemptore Deum tibi mihique; poenitenti propitium apprehendantis. Quae ipsa tamen frustra queritur, ubi cor contritum non est. II. de Novâ obedientia vel studio bonorum operum (de quo paulò post) h. I. Q. est, an constitutas poenitentiam, & quomodo ad hanc pertineat? R. sine proposito deserendi vias iniquitatis & obsequendi Deo, nulla est contritio, quae sit cum fide conjuncta, & sic nec illud à partibus salutaris resipiscientiae excludi potest: interim ipsa Bona opera, quae ex corde contrito & fide purificato per gratiam sponte spiritus fluunt, veluti patientia in adversis, sanctimonia, charitas &c. fructus sunt digni poenitentiae Matth. 3, v. 8, sed de his nunc in specie.

S. 12. BONORUM operum, naturam aestimare licet inter alia ex articulo de Renovatione; de qua Disp. 4. §. 10. Hic illorum (prout sunt effectus fidei justificantis) notantur breviter. I. Appellatio, ubi Bona dicuntur opera Col. 1, v. 10. non tantum quod autorem habent Deum, sum-

mum

num Bonum, sine quo nihil boni facere possumus *Ies. 26, 12. Job. 15, 7.*
Eph. 2, v. 10. sed & fructus sunt arboris bonæ, h. c. personæ per fidem ju-
stificatae & Spiritus S. gratiâ inunctæ. *Phil. 1, v. 11. Jas. 3, 17, 18. Gal. 5, 22.*
Eph. 5, v. 9. & sic convenient voluntati Dei, in Christo reconciliati, ei-
demq; placent. II. Norma, ad quam exigenda B. O. non est arbitrium vel
mens hominis propria, sed (revelata voluntas) verbum Domini. *Deut.*
12, 8. Rom. 12, v. 2. Eph. 5, 10. III. fundamentum & principium, faciens, ut
renatorum opera sint verè bona, (Deo probata) est justitia Christi fide
applicata. Hæc sola, quicquid agimus, acceptum Deo reddit, omnesq;
defectus & imperfectiones nostris operibus adhærentes supplet, Ejus-
demq; virtute collatus credenti Sp. S. suggestionibus carnis oblistit, ne
nova in Christo creatura corrumptatur; p. famq; conscientiam in agendo
ambulando secundum Deum, certam firmamq; facit. Et hæc ratio est,
ob quam opera gentilium (ut ut hi naturâ agant quæ Legis sunt *Rom. 2, 1.*)
Script. S. pro bonis (Deo acceptis) non agnoscit. IV. Forma con-
sistit in convenientia actionum (quæ in interioribus maxime occupan-
tur *Mattb. 6.*) cum Legi libertatis seu spiritus vita in Christo *Jac. 1, 25.*
Rom. 8, 2, 4. ubi nota. I. Legem moralem (Decalogum) esse regulam
noyæ renatorum obedientiarum, non in suo rigore, sed positâ satisfactione
Christi, quâ dix *αἰτίωμα τοῦ νόμου* adimpletur in nobis secundum spiritum
ambulantibus. 2. nullum opus pro bono Deoq; probato habendum esse,
quod auctoritate verbi destituitur. Per verbum enim & secundum illud
omnia in fidelibus operatur Sp. S. non extra, neddum contrâ verbum.
V. Finis gloria nempe Dei *Mattb. 5, 16. Phil. 1, v. 11.* & à parte renatorum,
demonstratio fidei, ad id, ut sciant, se aliosq; non habere fidem mortu-
am sed vivam *Jac. 2. Rom. 12.* (quod c. epitome est bonorum operum)

S. 13. Controversia hîc est de perfectione, efficaciâ & necessitate illo-
rum. Assertio I. Nulla operum nostrorum merentur aut efficiunt ju-
stitiam, salutem, vitam æternam. Probationem repeate ex *præced.* *Disp. 12.*
Obijicitur 1. distinctione inter opera Legis & spiritus (libertatis) R. etiam
regenitorū opera ob adhærentem carnem imperfecta sunt in se, adeoq;
rigoroso Dei judicio opponi nequeunt. *Rom. 7. 1 Cor. 2, Locus Jac. 2, R.*
Fides consideratur, vel quat. opponitur dubitationi & incredulitati, con-
sistens in fiduciali apprehensione Christi, & justificat sine operibus; vel
sicut vanæq; imaginationi, & persicxit per opera, v. 22. fitq; declaratio
justitiae & fidei coram hominib. II. studium bonorum operum neces-
sarium est non tantum ratione mandati & promissionum divinarum,
debitiq; Deo obsequij, sed & tanquam conditio in homine salvando
necessariò requisita, seu veræ fidei proprietas, & argumentum ab
effectu demonstrativum, *Jac. 2, Mattb. 25.*



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn738370428/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370428/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738370428/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370428/phys_0016)



tia) non obdurare corda vestra. Item נַפְשָׁתְּנִי Cave (i. e. ministrari) ne negligas Dominum & verba ejus ; in aliis paßim. Neq; vero (quæ III. Assertio est) novum sententiam constituitur, sed homo per hanc, ad idem illud. Etum est in Baptismo , quodq; à parte Dei semper imm (vid. disp. 10. de Baptismo §. 10.) credit, usq; adeo ut si hypoc verum, quamlibet non salutariter suscepit, post ab hy Dei et conversus, eodem fodere & fructu ejusdem gaudi bus baptizatis fidelibus.

§.6. III FORMA , quæ consistit in mutatione mentis non peccandum, ab incredulitate per actuales lapsus per contractâ, quâ homo in pristinum irâ statum relabitur, adum fide vivâ Christum. Hanc mutationem absolvunt C & sine quo hæc mortua est, Bonum propositum, vel obed his in genere Quæstio est, quidnam hic Legi quid Evangelii cipius debetur? Aff. I. Ad poenitentiam salutatem & sic a simul & fidem invitat non tam Legis quâm Evangelii Marc. 1. Luc. 24. vid. §. 2. 2. Contritio spectatur vel secundum turâ suâ, vel in respectu totius salutaris conversionis. Pro contritionis sunt, sensus nempè peccati & irâ divinae, iterum & anxietas conscientiæ, Legis propriæ : Fides vero, quâ dicitur, Evangelii opus sunt (utriusq; voce strictè acceptâ, quorem, hoc gaudium affert, vid. Disp. 8. §. 10.) Posteriori contritio, οὐ πη ἡγετὴ Θεὸν, οὐ κατεργάζομένη μετένομα ἀμετημέλητον, 2. Cor. 7. v. 10. Quomodo conjuncta secundum redemptionis à peccato, & studium emendandi via spei remissionis peccatorum , quâ temperatur doloris factum combat desperetq; in eo poenitens anima; & sic pertinet gelium, quatenus hoc totam de Christo doctrinam dicit d. 10. Unde 3, quanquam contritio & fides inter se ut oppositæ ad constituentiam tamen salutarem poenitentiam ita sicut cum novâ obedientiâ, innexa sunt, ut separationem non hinc 4. Christus à corde contrito, fide susceptus, ad con poenitentiam ac renovationem, in quâ omnis Christiano pari debet, movere cor non desinit per Spiritum suum.

§.7. CONTRITIONEM faciunt 1. Consideratio sum statis, protestatis, sanctitatis, tum gratiæ & benignitatis divi multifariam & animam & corpus, 2. Sam. 12. v. 7, & seq.

N 3



Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 1